



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Portoriis seu Vectigalib. in specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

204. de verb. sign. d. l. omnium. l. 2. de usu & habit. lib. 7. P. tit. 8. Et quia fiscus de rebus sibi necessariis non soluit, l. locatio, §. §. fiscus, de publica, in P. lib. 3. §. tit. 4. neque illi qui fisci res possidimus tractant, veluti præfides prouinciarum pro suis rebus, nec etiam soluitur de rebus exercitii paratis, d. l. locatio, §. earum rerum, & l. si publicam, §. §. i. eod. tit. P. §. Qui si a fisco tamen emunt, vel de rebus fisci negotiantur, fisci privilegio non vtuntur, quia cessat, & portoria præstare tenentur, d. l. locatio, §. §. fiscus. §. Soluuntur tantum tantum de his rebus, quæ solent illud præstare, non de omnibus, nec alio modo, nec amplius quam consuetudo recipit, l. si publicanus, §. §. fin. & d. l. licitationis, §. earum rerum, de pub. P. Et proinde in comitis Aureliæ generalibus, in consuetudo Aureliæ, art. 138. decretum anno 1560. iussitque ut qui contendent se ius vectigalis habere, portoriaque, palam in albo describantur, & ex quibus rebus & quatenus exigant, ne supra modum, de aliisque rebus quam ius habeant possint extorquere, pœna priuationis iuris eius etiam quod habent & corporali, aduersantibus indicta. Sunt leges Caroli Magni de his portoriis in hæc verba, in capitularibus Caroli Magni, cap. de pace, c. 13. De Theoloneis, inquit, vt antiqua & iusta Theolonea a negotiatoribus exigantur, tam de portibus quam de nauigijs seu mercatoribus, noua vero, seu in ista ubi vel funis tenduntur, vel cum nauibus sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus præstatur, vt non exigantur. Similiter etiam nec de his quæ sine negotiandi causa substantiam suam, de vna domo sua in aliam, aut ad palatium, aut in exercitum, ducunt. Alia lex in capitulari c. 119. in capitular. Caroli Magni, cursum: Theoloneis que iam antea surmanita fuerunt nemo tollat, & nisi ubi ubi antiquo tempore præsumat. Et in legibus Longobardorum lib. 3. legum Longobardorum tit. de episcop. idem lauit. de Theoloneis que iam antea surmanita fuerunt, vt nemo tollat, nisi ubi ubi antiquo tempore consuetudo fuit. Vox Saxonica thol, tributum, vt ait Virus Amerbachius: sed potius ego Græcam puto originem. Et rursus Carolus Magnus, in l. vt nulli cogantur, d. tit. de episc. lib. 3. legum Longobard. nullus cogatur ad ponem ire ad finium transseundum propter Theolonei causam, quando in alio loco compendiosius transiri potest finium. Similiter, vt in campo plano, ubi nec pons, nec traiectionem est, ibi omnino vt Theoloneum non exigatur precipimus. §. Libet tamen Carolus VIII. rex Galliarum, in constituto. Caroli VIII. de impositione foraine, vt merces quæ vectigalibus subiciuntur, recto itinere ducantur eo ubi vectigalia debent, non obliquo. §. Marcus & Cæsar curatoribus viarum ac regionum (scilicet vrbs) dedit potestatem vt vel punirent, vel ad præfectum vrbs puniendos remitterent eos, qui ultra vectigalia quocumque exegissent, l. l. Capitoli. in vita Marci. Et Theodosius ad Senatum vrbs Romæ hoc etiam programme edictali vsus: Noueritis, inquit, in ciuitatum prouincialium cognitionem pertinuisse, vt libere prorumpat in publicum, qui se alienæ functionis nouerit oppressum. Cassiodo. in 2. variar. epist. ad Senatum. §. Vocant nunc vectigalia ista portoria, pedagia, & gudiagia, quæ pro itinere tutando, & pro ductu, & pro impensis in hæc factis exiguntur, auctoritate expressa principis, vel tacita cum antiqua consuetudine aliter illicita, c. super quibusdam, c. 26. §. præterea, de verb. signif. lib. 5. Decret. tit. 40.

- 10 Renouauit omnia vectigalia, addiditq, noua Vectigalia, & vectigal ex lorio.
- 11 Vectigalia quæ sunt, id est, sumaria seu infumibula, seu vt nostri dicunt, par feus, ab Isaaco Commeno Imp. orientis introducta, & a Nicephoro etiam Imp. orientis exacta.
- 12 Vini vectigal & salis Parisiis impostum tempore Caroli V.
- 13 Triuici vectigal impostum, vt excessum.
- 14 Solarium tributum ob locum publicum possessum.
- 15 Vini vectigal totum in Gallia, & Tholose a Romanis exactum.
- 16 Vectigal ex metalli fodinis, & metallariis.
- 17 Quatuor genera personarum, que in metallis publicis considerantur, procuratores metallorum, adscripti metallis, in metallum vel opus metalli damnati, monetarij.
- 18 Vectigal solutum pro vmbra Platani.

A Pud Romanos Vectigal præbebat sal, quod ingens fuit Romanis, vt ait Lilius, lib. 9. decad. 3. impostum a M. Lilio & C. Claudio censoribus, vnde & Lilio nomen salinatoris inditum. Quod vectigal ægre tulit populus. Salino præpositus, alafarebos dictus, meminit Cicer. 4. ad Atticum, & Ioseph. vt. antiqua. Plinius tamen tradit, lib. 31. Histor. natur. c. 7. Ancum Marcum regem, salis modia sex millia in congiario dedisse populo, & salinas primum instituisse. Caius meminit de his, in l. 1. quod cuiusque vniuersi. nomin. in P. vectigalium publicorum, inquit, socijs permixtum est corpus habere, vel auri fodinarum vel salinarum. §. In Dorina, quæ hodie Rana dicitur, in comitatu Moramuriensi in Dana mediterranea, Salinae exstant, ad fontes Tibifici, locum incolæ Sigeth appellat, ubi ex montibus proximis tanta copia fossilis salis eruitur, vt magnum inde vectigal Vngariæ reges recipiant, atque camerastres in prouincia habeant, ubi ingentes montes salis cõgregant, Tordæ videlicet, Vifaltine, quam & Salezburgam dicunt, &c. vt est apud Volphgan. Lazium, lib. 12. commentario. reipub. Roma. sect. tit. 2. cap. 1. §. Tu Gallia Vectigal quoque opulentissimum, dicunt, la gabelle, quod impostum salis ac promercali vino, tradit Paulus Æmilij lib. 9. Histor. Franc. in Carolo Sapiente, tempore Caroli V. qui sapiens dicebatur, ob necessitates belli eius tempestatis, si fuit rex ordine, 51. an. Domini 1364. Gangulnus autem lib. 8. putat impostum a Philippo Valesio, seu V. I. qui fuit antea rex 40. anno Domini 1328. Refert institutum vectigal M. yerus anno Domini 1342. Jac. Meys. lib. 1. Histor. Fland. & in Flandtia prohibitum. At nobis adhuc superest constitutio Philippi Pulcri, eius nominis III. cuius meminit Francisc. l. constitutio. des gabelles, anno 1370. Iulij, qui exstitit 45. ordine rex anno 1286. per quam apparatus ab eo vectigal inditum salis 4. denariorum in singulas libras, atque declaratum in ea, hoc auxilij tantum nomine impostum salis, non vt perpetuo dominio regio incorporaretur, eaque de re vocata regni publica comitia. Vt pro conciliatione horum dicendum sit a tempore Philippi Pulcri fuisse quidem hoc vectigal nomine epilationis & auxilij impostum, a sequentibus autem principibus in ordinatum tributum translatum, & aliquibus legibus alijs munitum: vel non in omni loco ubi sal est primum impostum, sed successu temporis. Nam nec diu est ob hoc tributum Marenses rebellasse in magistratus regis in Aquitania Burdigala. §. Imposuit Vectigal tributum Tragaseo salis quem antea licebat volentibus etiam capere, sed eo impostum ferunt salem euauisse, & naturam liberalem, avaritiæ inuidia se subtraxisse: quod cum audisset Lyfimachus, remisit tributum, & statim sal vt antea apparuit, si credamus Athenæo, lib. 3. dipnos. c. 1. §. Salinae & aliquando fuerunt liberæ priuatis, Vlpia. in l. magis puto, de rebus eor. qui sub tut. in P. non minus quam sulphurata, l. si quis uxori, 53. §. si sulphuraria, de furt. in P. argenti fodinae, auri & ceræe fodinae, ex quibus & Imperatores tantum decimas capiebant, l. cuncti, de metalla. lib. u. C. Neq; cuncta quæ in mari sunt vel ex aqua marina fiunt, vt sal, iuris imperatorij censentur: alioquin illud adulationi Palphurij simile esset dixisse, is enim omnia dicebat in mari capta & existentia, Domitiani Cæsaris esse, vt Iuuenalis Satyra 4.

De quibusdam rebus, ex quibus nomine tributui vectigalis, fiscus quædam accipiebat.

C A P. 10.

- 1 De vectigali salis, & origine. Lilius salinator vnde dictus.
- 2 Salis fodina ubi.
- 3 Salis vectigal, dictum Gall. Gabelle, quando in Gallia institutum.
- 4 Mirum de sale euanescente Tragaseo post impostum tributum a Lyfimacho.
- 5 Salina aliquando priuatis liberæ, que postea tributaria, vt argenti aurivæ, & aliarum rerum fodina.
- 6 Centesimarum venalium sub Tyberio in ararium missa.
- 7 Vectigal pro lisis, Caligulae quadragesima summa controuersa.
- 8 Vectigal ex gerulorum quæ tribus Caligulae, & ex meretricum luscis, & ex matrimonio.
- 9 Vectigal ad custodes, quinquagesima pretij venditorum mancipiorum Octauij. Item octaua pars possessorum a libertis: & quadrans omnis edicti acceptus ab ingenuis.

F 3